



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Zenobius Ep. 25. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

334 VITÆ SANCTORUM. 25. Maii.
magnâ Religiosæ vitæ commendatione,
quam Angelorum contubernio eo facto videbatur antetulisse. Sed nimirum illic quoque Angelos reperit; haustamque eorum usu innocentiam magnis prodigiis affirmavit; ut, cum leopardum pro fele domestico circumduxit, aut cum ad ejus imperium lea puerum a comitibus desertum, tergo ad socios subvexit, quæ magistro SIMONIS ausam præbuere, eum ad perpetuam in columnis stationem invitandi. Paruit SIMON, atque corpore juxta animoque supra terram eminens, ex communi illius ævi sensu columna fuit sustentans orbem terrarum. Nos cum hareamus in luto, digito tamen paramus cælum contingere.

Ex Morais & Esagrion.

Qui non potest sanguinem fundere, potest semetipsum pœnitentiæ velo percipere, & in cordis contritione mactare. Preparatur ad feriendum, jugulum, non decrit remunerator, etsi defuerit gladius. Dæst carnifex, qui cervicem exterius feriat, ad est iudex, qui bonæ voluntatis præmium reddat. S. Pet. Dam. f. 65.

S. ZENOBII EP. 25. Maii.

ZENOBII pueritiam, vivam honestatis imaginem dicas, in quâ neque Dei oculus quicquam reprehenderet: nullus ei unquam cachinnus, nullum

25. Maii. VITÆ SANCTORUM. 335
lum verbum insolens excidit ; neque
eam venustatem insequens ætas viola-
vit , quin corroboravit veriùs , ut pris-
cæ etiam sanctitatis Antistites Damas-
cus , Ambrosius , Paulinusque ZENO-
BIUM suspicerent. Mirandorum ejus
operum hoc juvenus specimen habeat.
Florentiæ , quæ ZENOBIÏ patria , &
Pontificalis sedes fuit , fratres gemini è
flore nobilitatis parentñ indulgentiâ cor-
rupti in proterviam , occalluerant ad sera
matris imperia , non atrociam tantum dicta ,
sed calces etiam ingerere bene monenti
ausi ; quâ impietata exasperata ultra ma-
ternum morem mulier , dira imprecatio-
ne furias in filiorum caput incitavit. Va-
luere vota : degeneres illi extempio infer-
nis obsideri larvis , & impias manus à
matre in sese vertere ; laniare ora mordi-
cus , & canino invicem duelle grassari.
Fœditas spectaculi parentis iram miseri-
cordiâ mutavit , lamentantis tantum pre-
cibus fuisse pondus ; nulla erat nisi ZENO-
BIÏ pietate spes , qui horas duas affusus
Cruci , furens absolvit. Idem beneficium
an. DC. XXIV. calo receptus in ægrum re-
petivit , sed eo longè digniorum. Mater
nocturnis ejus obsaturata querelis , potum
identidem flagitandi , dæmonem simili
voto propinavit , sed ZENOBIUS pepu-
lit ; utinam & fœdum morem vocantium
tam immanes hospites , quasi non invosa-
ti in nos irruerent. *Ex Suis.*

So~

Solenter animus ante actionis suæ primordia cuncta debet aduersa meditari, ut semper hæc cogitans semper contra hæc thorace patientiæ munitus, & quidquid acciderit, superet, & quidquid non accesserit, lucrum putet. S. Greg. 5. Mor. c. 33.

S. MUTIUS C. 25. Maii.

AGite mortales, & vel latronem ducem ad cælum sequimini. **MURIU**s hic est, qui apparatu compilandi sacri Parthenonis somno oppressus, rapi ad diuinum tribunal tibi visus, supplicias suis facinoribus parata intellexit, nisi celeri poenitentia ipse sibi jus dixisset. **MURIU**s recta ad sacratos profectus viros, animæ vulnerum medicinam eos poposcit. Tres primùm ex odis Davidicis strophæ ei præscriptæ; quam ad animum cum vitam exigeret, Superi postea ejus erudiendi provinciam sibi depoposcerunt. In eorum contubernio expolitus, scholam denique aperuit ex latrone magister factus virtutis. Eum sol reveritus est, inaudito post Josue factum exemplo, ita cursum moderans, ut non antè occumberet, quam ille iugurio discipuli successisset; quem præter spem defunctum cum invenisset, rogavit familiariter, an redire in vitam velleret. Abnuentem valere iussit, & tumulto composuit; quod ille officium tam studiosè suis impendit.